

Annotatio.

Omnia Elenchorum in verbis, seu in Dictione commune vitium est, quod 4. contineant terminos. Verus Syllogismus non nisi tres terminos habet, subjectum Prædicatum, & Medium. At in Elenchis modò subjectum, modò Prædicatum, modò Medium, potestate in se continet duos terminos, qui duas distinctas res significant, sumptas tamen, quasi una sola res esset, unde nascitur deceptio.

4. *In quo cætu omnes sunt sacerdotes, in eo nullus peculiari vocatione ad officium docendi debet esse sacerdos.*

Ecclesia novi T. est cætus, in quo omnes sacerdotes sunt, 1. Pet. 2. 9.

E. Ecclesia N. T. est, in quâ nullus peculiari vocatione debet esse sacerdos.

Resp. est & in hoc *Anabaptistarum* sophismate *captio æquivocationis*. Terminus enim sacerdos ambiguus est, & modò *laxè* modò *strictè* sumitur. *Laxè* pro spirituali sacerdotio, quo spirituales hostiæ, preces nimirum, offeruntur, Rom. 15. 16. *Strictè* pro